

# **Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 29**

Noticia qualiter venit Conuuion abbas de Rotono monasterio, et sui monachi cum eo, in Lis-Rannac ante Bran principem, et interpellavit tibi Torithgen filium Houuen, de hereditate Dorgen, quam dederat filia eius Deo servientibus, id est, dedit eis totam hereditatem Dorgen avunculi Bouem quem postea ipse Houuen et suns filius Torithien contendehant; hanc de causa: interpellatus est a Conuuiono abbate et suis monachis ante Bran principem. Deinde Torithien, consilio inito cum amicis suis, .et reddidit Sancto Salvatori et Conuuiono abbati et suis monachis medietatem randremes Alarac, excepto Rangof, pro pace, et haec nomina partium quas reddidit: Ran Gradou; Ran Mesan; Ranuuicor; Camplath; Henterran; Uuoruueten; Rantrob; tegran Torithien; Ran Anaugen; Ranuuuiror; Ran Haelhocar; Ranbarbatil; tigran Bronsican; tigran Uurlouuen; et dedit Torithien fideiussores sex in securitate istius pacis et redditionis, pro se et pro suo semine et omnibus suis ingeniis ut nunquam inquietaret monachos Sancti Salvatoris de medietate rantrimes Alarac; quod si inquietasset, totam hereditatem Dorien redderet cum lege; et haec sunt nomina fideiussorum: Arthueu, Uuoruuoion, Uuetenoc, Hinuueten, Notolic, Abraham; similiter et Conuuion abbas; Leuhemel, prepositus, testis; Adganus, presbyter et monachus, testis; Riuuere, monachus, testis; Drelouuen, testis; Gleuuili, testis; Hocunnan, testis; Atoire, testis; Haeluuorint, testis; Galuiu, testis; Arthueu, testis; Iudre, testis; Iarnuuoret, testis.